

Regis. = Sig†num Archarius presbiter ad vicem Hladovici recognovit. Data II. idus. mai anno IV. Indictione VII. regnante domino nostro Karolo gloriosissimo Rege. Actum Thola (f. Tholosa) civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

## XX.

*Acta consecrationis Ecclesie S. Marie de Amer anno  
DCCCCXLIX (Vid. pag. 219.)*

*Ex autogr. in arch. eiusd. monast.*

Anno Incarnationis dominice DCCCCXLVIII. indicione sexta, veniens Borrellus Commes in civitate Terunda deprecans proprium episcopum Godmarum nomine ecclesie sancte Terundensis ut veniret ad consecrandas ecclesias in committatu Terundensi super fluvium que dicitur Amera in honore Sancte Marie, et Sancti Johannis, et Sancti Benedicti nuperime edite minus consecrate. Quo audito Godmarus episcopus cum consilio Archidiaconorum ceterorumque canonicorum Sancte Marie adquiescens eius precibus, venit pro amore Dei, et interpellatione Commis, et consecravit has ecclesias supra nominatas in honore Sancte Marie et Sancti Johannis et Sancti Benedicti cenobii, et firmavit atque constituit, donavit atque concessit ad eundem cenobium decimas, et primicias, et oblationes fidelium de villa que dicitur Lorrivo secco cum finibus et terminis suis, et de villa que dicitur Albeccario cum finibus et terminis suis, et de villa que dicitur Gallizano cum finibus et terminis suis, et de valle que dicitur Amera cum finibus et terminis suis, sicut in regalibus preceptis est constitutum, ut ab hac ora in antea maneat stabilitas inconcussa. Ideoque ego Borrellus Commes in dedicationis harum ecclesiarum dono ibidem pro amore Dei et remedium anime mee alodem quem abeo in committatu Terundensi in valle que dicitur Angles, sive in ipso Lauro, quantum ibidem abeo, vel pro quacumque voce succedere debeo.

Acta sunt hec V. idus novembriſ anno XIII. regnante Ludovico Rege filio Caroli. = † Gotmarus sancte Sedis Gerun-

/um

16/62  
 densis humilis Episcopus ss. = Eroigius Archipfr. ss. = Teu-  
 desindus Archipfr. et Abba (scilicet S. Felicis Gerunde) ss. =  
 Ato Archilevita ss. = Audesindus pbr. ss. = Sigfrum Borre-  
 illus Commes. # Liwla pbr. qui hanc dotem scripsit et ss. sub  
 die et anno quod supra.

*Sancti Audoensis de Liwla et P. Fite a 1880.*

## XXI.

*Acta electionis Aimerici Abbatis monasterii S. Mariæ Ame-  
 rensis: anno DCCCCXLIX. (Vid. pag. 224).*

*Ex autogr. in arch. eiusd. monast.*

Cum Deus omnipotens. . . . . veniens visceribus digna-  
 tus est ingredi virginis, post nativitatem suam passion. .  
 . . . . lem resurrectionem et triumphalem ascensionem et  
 epost inflammat. . . . . itis constituit qui suam ecclesiam  
 præfulgerent, sicut vatinavit. . . . . dextris in vestitu  
 deaurato circumdata varietate et decore suo. Deinde per i-  
 psos Apostolos. . . . . constitutum est ut unaquæque  
 urbs suum proprium habeat pastorem, et unumquod. . .  
 . . . . gubernatorem, sicut exaratum est in traditionibus  
 Sanctorum Basilii Episcopi et Isid. . . . . egregius do-  
 ctilocus diclante Angelo sancto scripsit regulam quomodo  
 pervenire possent monachi. . . . . Unde contigit ut una  
 ex eisdem lucernis nomine Alexander de mo. . . . . Ma-  
 riæ in comitatu Gerundense super fluvium que dicitur  
 Ameira migrar. . . . . universa congregatio eius mor-  
 tem valde condolentes cum merore lacrimabiliter provo. .  
 . . . . ari Episcopi, et Borrelli Comitis expetivimus eis  
 ut pro amore Dei talem dedissent no. . . . . ut univer-  
 sum gregem nostrum bene gubernando regeret, et regendo  
 gubernaret. . . . . Borrellus Comes rogavit Gohthmarum  
 Episcopum cum Archidiaconibus suis et cetero clero, et  
 Gauzfredum Comitem. . . . . natu terræ illius, et Od-  
 garium Abbatem, et Arnulfum Abbatem, et ceteris bonis. .  
 . . . . ut adquevissent precibus monachorum ut talem  
 elegissent pastorem. . . . . regulariter perfecisset. Tunc  
 Episcopus et Comites et alii supra nominati consilium dede-